

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Christoph Cellarii erleichterte Lateinische Grammatik

Cellarius, Christoph

Leipzig, 1786

VD18 13013459

Verba Anomala.

urn:nbn:de:gbv:45:1-15329

Heri *lecta sunt* a me ea, quae nunquam a te *audita sunt*.
Audietur laus mea ab omnibus; si ea a te *lecta fuerit*.

Spero, nomen meum a te *lectum esse*, et *auditum iri* a con-
 discipulis.

Quae *lectio audita*, suavis erat; eadem *lecta*, erat iucun-
 diffima.

Praeceptor est *audiendus*, si dicit bonos libros *legendos esse*,
 quos nobis commendat *legendos*.

DEPONENTIA.

Hortor te, vt *fatearis* id, quod *locutus sis* cum fratre.

Hortabaris me, vt *proloquerer*, quae *expertus essem*.

Fur *loquitur* multa, sed *fatetur* pauca, ne *experiamur* eius
 furta.

Secuti eramus viatorem, per montes *enifum*.

Ne *fatearis*, quae non sunt *loquenda*: quod si facere *obli-*
tus fueris, iram meam *experieris*.

Spero te *fassurum esse*, quin credo te iam *fassum esse*, quae
perpeffus fueris a latronibus.

Qui non vult *fateri* scelera, solet *experiri* tormenta.

Credo patrem meum *exhortaturum esse*, quin iam *exhor-*
tatum esse fratres meos, ne *mentiantur*.

VERBA ANOMALA.

Non *possum ferre* hoc onus, quod tu *tulisti*, et quod tu *fers*,
 licet *velim*; *allatum* autem erat nuper a te per
 tria milliaria.

Nolim te *comesse* a cibis, quos non *quis* concoquere.

Meus frater *mauult ire* in scholam, licet soror *eat* in hor-
 tum; nam hanc *nolle* omnino in scholam *ire*
 fama est.

Militem *oportet malle* pugnare, quam *venire* vt seruum.
 Licet *veneat* haec domus magno pretio, *potuistis* eam ta-
 men emere.

Nouit pater, te *odisse* fratrem tuum, qui ante te *oderat*.

Dic, et *fac*, quae *coepi* facere, et quae me *nolle* aiebas et ais.

Fer semper, vt *fers*, patienter calamitatem, cum *nequeas*
 eam vitare, ego quoque sic *feram*, si *potero*.

Salue, ego *inquam*, cum redieris, quando abibis, *dic vale*.

Memento, quod *meminisse* iuuat, nec *ausis*, quod *siet* factu
 turpe, cet.

VSVS

VSVS SYNTAXEOS,
SIVE
STRUCTURAE DICTIONVM.

Conuenientia Adiect. et Subst.

- 1) Homo doctus, bestia bruta, animal stupidum.
- 2) Vir est bonus, qui virtutem colit. Deus amat eum, qui virtutem exercet.
- 3) Deus misit filium suum, a quo peccator precatur, ut ignoscatur sibi.
- 4) Cupiditate cibi comedit. Odio vini abstinuit.
- 5) Sol et sidera. Honor et laus. Non legi sed audiui, non amat nec odit.

Nominatiuus.

- 1) Equus currit. Aues volant.
- 2) Deus est creator noster, Christus fit pro nobis sponsor. Puer diligens euadit doctus.
- 3) Cicero dicitur optimus Orator. Aristoteles fertur clarissimus Philosophus. Iulius Caesar euasit Imperator.
- 4) Puer iacet, dormit securus, incedit calceatus.

Genitiuus.

- 1) Vestis patris. Memoria laudis.
- 2) Hoc commodi. Multum pecuniae. Reliquum cibi.
- 3) Puer tenax propositi. Amans patriae. Memor virtutis. Anxius periculi. Auidus laudis. Ne scius curarum.
- 4) Diues pecoris. Plenus rimarum. Reus furti. Immemor promissorum.
- 5) Admonere promissi. Oblivisci poenae. Eget aeris Cappadocum Rex. Accusare furti. Absolui capitis.
- 6) Pendere animi. Misereri calamitatis. Aestimare magni. Tanti spem non emo. Parui fieri.
- 7) Puer bonae indolis. Puella ingenui vultus. Leo vasti corporis. Litterae sunt omnium aetatum.
- 8) Affatim pecuniae. Satis verborum. Parum laudis.
- 9) Tyrannum victoriae poeniteat. Miserum vitae taedet. Me facti (fecisse) pudet. Te dicti (dixisse) pudet.

10) la-

